

**Florus Biblicus Seu Narrationes, Ex Veteri Testamento
Selectæ**

Pexenfelder, Michael

[S.I.], 1711

XC. Ezechiæ regis Iudæ religiosa pietas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64523](#)

* (437) *

NARRATIO XC. EZECHIÆ, REGIS JUDÆ, RELIGIOSIS- SIMA PIETAS.

4. Reg. 18. 2. Paralip. c. 29. 30. 31.
Ab an. Mundi 3309. ante Christ. 744. ad ann. Mun-
di 3337. ante Christum 716.

Raro tempestas sævit, quam non illicò miti-
or solis radius mitigat. Execranda parentis
Achazis facta, successor filius *Ezechias*, Prin-
ceps longè optimus, quoad potuit, rectè factis e-
mendavit. Principiō statim regni, quam ad res
divinas mentem, sensibus insitam habuit & appor-
tavit: eam omni populo suo, nullius obicis habita-
ratione, posuit in aperto. Nihil ei fuit antiquius,
nihil in votis magis, quam ut collapsam religionem
restitueret, & , quæ superiorum Regum, & paren-
tis proximè concussit impietas, instauraret, solida-
rēque. Quare quidquid sovere poterat superstitionem,
& ad impium cultum incautos & ignaros al-
licere, illud undecunque locorum removendum &
perdendum curavit. Impij patris vix dum infosso
cadavere [quod ipse quoque vetuit, meliorum Re-
gum sepulchris inferri, misericerte] primo guber-
nationis anno mensēque, Calendis Martijs, occlu-
sum ab Achaze templum reclusit, apertis, repara-
tisque, quas pater deformārat, valvis. Altare re-
posuit, quod à parente remotum, locum fecerat
Damasceno, nefarijs Sacris dedicato. Idola, simu-
lacro-

E e 3

NAR-

lacrorum aras & lucos ac delubra locis omnibus, non Iudææ solum, sed paullatim & *samaritici* regni destruxit, contrivit, exussit : cineribus ac bustorum sordibus cæteris, in *Cedronem* rivum, aliósque profluentes alibi, sparsis & abjectis. In his & *pentem* illum confregit æneum ; à Mose quondam bene, Numinis imperio, propositum, & è sublimi monstratum ; sed processu sæculorum, malitia Hebæorum, versum, in superstitionem, sacrilegumque cultum. Quippe non thus duntaxat adolebant ei, ceu morborum depulsori DEO ; sed illius etiam, aliasque similes, aut dispare, incisas saxo figuræ & imagines, in spiræ, vel aliam quamcunque formam ductas, abscindebant, abradebantque : collöque suspensas, adversùs valetudinum omne genus, circumferebant ; tanquam post ista, DEO, precibusque morbos avertentibus jam non indigerent : utpote, nec ulli deinceps necessitati, nec usui futuris. Sustulit igitur Ezechias, Colubri priscum illud simulacrum. Pari quoque follicitudine [siquafides est Eusebio & Anastasio Nizæno] scrutatus est Rex ; siquid in libris esset Salomonicus, super plantarum, omnisque generis animantium natura, morborumque remedijs ; quod in superstitionem pronis Judæis, irritamentum esse posset ad magica constanda Sacra. Quidquid autem generis ejus reperit : totum illud & edicto sustulit ; &, quæ potuit, factis abolevit.

Non contentus tamen, noxia submovere ; super hæc, etiam universa, quæ valerent ad Religionem DEI priscam, tum reducendam, tum etiam amplificandam, excogitavit ac perfecit. Ipse dimissis in

mo-

annib, tui regni c busto- aliosque is & suondam sublimi tiâ Heb- ilegum- solebant us etiam, figurâs & formam olloque us, cir- , preci- gerent: ui futu- um illud siquaf- atus est er plan- â, mor- n pronis, confe- is repe- potuit, ; super- gionem ampli- iisis in mo- omnem Chananitidem, & tabellarijs, & præconi- us; ad Paschæ, vetustate pœne jam collapsi, quâm exactissimè peragendam solemnitatem, Israëlitum omne nomen invitavit. Ipse, suis met ut plurimum impensis, illius ejusdem festi cæremonias, omni cum populo, non octo solis [sicut veteri receptum more fuerat] sed quatuordecim ipsis diebus, obivit alacriter. Idem, evocatos ex Iudæ: Benjaminique, quin & Ephraimi, Manassisque tribubus mortales; eadem Paschæ celebritate, largis epulis exceptit: ac religione summâ divinis operatos, denique domum quemque suam remisit; fictilium Deorum, & omnis impietatis odio conjuratô plenos & ardentes. Ipse restituto, sicut olim sub Davide, ministeriorum Leviticorum ordine; nequid ad Antiquæ Religionis ornamenta deesset, instrumenta concinnavit musica, quæ statis in templo temporibus resonarent. Ipse restituit *Iuges sacri- ficium*, cæteraque suo cum apparatu, Sacra. Quoque Divinis alacrius omnes, & ex animo, vacarent, dispensatores constituit; qui suâ, principumque, totiusque populi liberalitate, sacris ærarijs illata munera, largitionesque, Sacerdotibus ac Levitis, cum fide dispergirent: & ad diem, annonam sacram admetirentur. Fecit denique, quidquid ad DEI veri gloriam ampliorem, crederet esse conductum; Ad cuius voluntatem rationes omnes suas & consilia referebat: in cuius leges & honorem uicè intuebatur, longè posthabitâs iis, quæ captat vulgarium animorum aut infrenata cupiditas, aut præceps ambitio.

Pro quibus meritis , quantum Ezechiam invicem
& DEUS extulerit : argumento , tum alia complu-
ra , tum victoria , prodigiaque circa Regis incolu-
mitatem esse possunt ; quæ cuncta , non de vulgo
fuere , Numinis in eum beneficia ; à nobis , sequen-
tibus narrationibus referenda . Cæterum tantus in
divinis cùm esset , non fuit tamen civilibus curis im-
par ; circa ærarium sedulus , infinitas congesit o-
pes , quas nulla vis extorsit , sed partim industria pe-
perit , partim effusus civium amor obtulit . Urbes
alias munivit , alias à fundamentis extruxit , anno-
næ , & fontibus , cæterisque populorum commodis
solertissimè ab eo provisum ; nec pauperes negleti ,
quos acerba tempora penitus exhauserant . Mili-
am quoque instruxit , bello paratus magis , quam
intensus . Primus omnium divinis innixus opibus ,
Assyrium rupit & foedus , & jugum ; quod tanti pa-
ter ejus Achazes , formidine servili feci-
rat : ut illud omnium sacro , tum prophano the-
sauro , turpiter egisto , redimendum sibi persuade-
ret . Cum gente deinde Philistæa , semper ad-
versus DEI populum insolente , & pro mobilitate in-
genij , adversis æquè a prosperis Iudæ castris , in-
quietâ , prœlio congressus , eam fudit , profligavit : ex-
utamq; castris , & prœda grandi ; maritimis urbibus
atque castellis , omnique circum circa ditione , vicer
nudavit ; vitam stipendio , servitutemque multavit .

Cum autem post hæc Assyriorum imperator So-
nacheribus , ruptum ab Ezechia foedus , negatum
que stipendum , bellô vindicaturus , in Iudeam ir-
rupisset : ac non solùm copijs peditum , equitumque
longè maximis , sed maledicis insuper in DI UM re-

gém

génique verbis, Ierosolymitas in terrorem ultimum
conjecisset: DEUS Regis , & Isaiæ vatis precibus,
Davidisque præterea grata recordatione provocatus , Angelum cœlo demisit: qui noctu barbarorum
agrestus castra, centum & octoginta quinque mil-
lia fortissimorum militum interemit ; ac Sennache-
ribum , cum decem haud amplius comitibus super-
stitem relietum , turpem in fugam avertit ; æquam
Regis caussam , quam tyrannis impugnarat defen-
dente cœlo ; id quod fusiū jamjam prosequemur.

NARRATIO XCI. EZECHIAS ÆGRO- TANS, ET PRODIGIO- SE CONVALESCENS.

4. Reg. cap. 20. Isaiæ 38.

Anno Mundi 3322. ante Christum 731.

Sceleri tributum solvere libera virtus detrectat. Post Sardanapalum cum omnibus luxuriæ instrumentis , in rogo deflagrantem , Assyrium imperium Duces diviserunt , uti narravimus in Io- na. *Arbaci* Media & Persia , Beleso Babyloniam , Phuli Ninus seu Ninive cessit , in quo & Successoribus species quædam imperij Assyriaci mansit per annos centum , donec id ad Babylonios , eversâ planè Ni- nive , translatum est. *Phuli* successit *Theglorpalasar* filius , qui luctuosa cæde Israëlitas affecit , vastata penitus regione , captivisque abductis ingenti nu- mero. Eodem genitus , *Salmanasar* , recusante tri- butum pendere Israëlitico seu Samariticō Rege *Osea*,

F e 5

Sama-